



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Bassiano episcopo Cap[itulum]. ci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus Fo. xxxix.

nasterium cōstruxit. Cum die quadā clorarius rex circa locū venando cū suis apriū insequeretur: aper fugiēs eccliam introiuit: et ante altare prostratus mansuetus permansit: de scolum aspiciens et quasi eius auxiliū petens: quod dum venatores cum rege apriū insequētes viderent: et admirati sunt: et sanctū reuerētes apriū dimiserunt. Cui etiā rex multa priuilegia concessit: et locum predijs dotauit. Post hec de colus apostolorū limina visitauit: et repatrians ac obitum suū precognoscens: columbanū sibi successorem monasterio delegauit. Ipse autem secretiorem petans heremum post plures annos in pace quieuit. xv. kalen. februarij.

De translatione sancte Lucie. Cap. xcix.



**L** translatione sancte Lucie ad ciuitatem venetiā circa annum dñi

81. facta est. Nam dum rogerius constantinopolitanus impator circa annū dñi. 81.

x. in romanā et siciliā damna-

retur: manciacē principem sibi dilectum et prudentem vicarium ad siciliam misit. Qui sagaciter imperatorū rebellās siciliam tyrānide occupauit: quod imperator doluit: et de consilio regine se egrorātem et deinde mortuum simulauit. Pauperē quoque defunctū capsa inclusum sui loco regaliter tumulari fecit. Ipse hō biennio latuit: ita quere mortuus ab oibus credebatur. Post duos annos regina p solēnes nūcios manciacē de suo consilio requisit: quod assensum prebens ordinatis nuptijs solēnter constantinopolim cum muneribus aduenit: et corpora sanctarum Agathe et Lucie secum de siciliā asportauit. Qui dum constantinopolim venisset ab imperatore de latibulis prodeunte interficitur: et regnum sicilię recuperatur: et corpora virginum constantinopoli honorifice reconduntur. Post hec anno domini. 81. dñi veneti cum siculis constantinopolim cepissent: corpora duarum virginum auferentes condiderunt adinuicem. vt corpus sancte agathe siculi rehaberent: et corpus sancte Lucie veneti ferrēt secum: quod et factum est. Sicque corpus sancte virginis delatum venetias: primo quidē in monasterio sancti gregoriū maioris pluribus annis stetit: deinde a duce et populo ad ecclesiam suo noi edificata translata fuit: vbi vsq; in presens sacer miraculis conuiscas. Facta est huiusmodi translatione videlicet de constantinopolim venetias. xv. kalen. februarij.

De sanctis Marto Martia audifay et Abbauch martyribus. Cap. c.



**M**artus et martha

audifay: et abbauch romane sub claudio imperatore martyrii passi sunt. Hi nobilissimi et diuites de perfidia oriundi: venerunt romā cū orationis: cū essent xpiani. Et ceperunt corpora sanctorum perquirere: et xpianos in carceribus suis. corpora quoque martyrii pro xpō interfectorum requirētes sepeliebāt. Et dum in castro translyberim beatum quirinum in carcere visitassent. Et multorum martyrum corpora tumulassent visitauerunt beatum calistrum papam cum christiano multitudine latitantem. Cum quibus duobus mensibus permanserūt: multaque sibi et ceteris christianis necessaria prouiderūt: ipsiusque benedictione precepta abierunt sanctorum martyrum corpora requirētes et honorifice tumulantes: inter que prefatum beatum quirinum in tyberi necatum et. ceteros xpianos iubete claudio sagittis interfectos condigna reuerentia sepelierunt. Dec claudius audiens sanctos dei detineri fecit: quos sibi presentatos diutius examinauit: et deinde musciano vicario puniendos tradidit: qui dum coram ipso in tellure consistētes xpiani constanti animo confiterentur: omniaque idola vt demonia execrarentur: iussu musciani marti cum filiis suis celi sunt: martha assistente et virum ac natos viriliter exhortate: deinde in equuleo leuari canabinis funibus crudeliter flagellantur: facule quoque igne lateribus apponuntur: et vnguib; ferreis laniantur. Et cum hec omnia patientissime tolerassent iussit eos vicarius de equuleo deponi: et manus eorum precidat: quibus ad colla ligatis per ciuitatem circumduci sub voce preconata: ne deos blasphemare presumerent. Martha hō oibus istis actibus et sanctis sermonibus eos corroborans: de sanguine illorum caput et faciem liniebat. Nouissime autem iubente musciano extra urbem via cornelia militario. xij. ad nymphas catabasis deducti sunt: ibique pater sub harenario decollati. Martha hō nymphā necata est. Quorū corpora fterū fuisse incedi: vt sepultura carerēt: sed quādam matrona nomine felicitas ea semivista ex igne latenter rapuit: corpus autem Marthe de puteo leuauit: et ipsa omnia in suo predio sepelieuit. xij. kalen. februarij.

De sancto Bassiano episcopo. Cap. ci.



**B**assianus episcopus

natione syracusanus patre sergio natus: annorum. xij. ab eodem romā missus est gratia studiorum: vbi a sancto gordiano presbytero doctus sacrum baptismum suscepit: quod dñi pater ipse genuit.

## Liber

illis audisset: et cum reuocare disponderet: iuue-  
nis bassianus in ecclesia sancti iohannis euangeliste ro-  
me per visionem monitus rauennam fugit: ut propter  
aliquid latitaret: et dum in via posset: esset: cerua cum  
duobus huiusmodi a venatoribus iaculata ad eum pro-  
fuga venit: et pedes lingere cepit: illos miran-  
te venatores superuenit: et factus. videns sub-  
stantiam: quorum unum ceruam de manibus sancti rapere  
necitur: sed motus a diabolo vexat: quem sanctus cum li-  
berasset ceruam dimiserunt. Veniens autem rauennam  
apud ecclesiam sancti apollinaris extra ciuitatem  
manens orationi vacabat: fama sanctitatis perclarus:  
Bithyni iudex: ut reus maiestatis iussu pro-  
fugis rauennatis ad decollandum ductus est: qui dum  
bassiani nomen inuocasset: bipennis terrore de ma-  
nu speculatoris percussit: et sic innocens apparuit  
absolutus fuit. Post hec factus presbyter in ecclesia  
laudem episcopi legit: et ab omnibus approbatus: et dum  
ad episcopatum venisset intrans ciuitatis laudem. sub  
verbia paralyticum et mortuum ab utroque morbo cura-  
uit: et multos leprosos mundauit. Alias etiam  
puerum a serpente occisum suscitauit: et puellam ob-  
sessam a demone liberauit. Vocatur mediolanum  
ad beatum ambrosium egrotantem: obitum suum cler-  
icis eius predicat: et ipsum defunctum venerabili ob-  
sequio tumulauit. Post hec reuersus ad ecclesiam  
sua miraculis et sanctitate conspicuus multo  
tempore superuixit: et obitum suum annis pluribus pre-  
dicauit: et. xc. etatis sue anno consumatus san-  
ctitate in pace quiescit. xliij. kal. februarii. tempore  
honorij et theodosij augustorum: sepultus est in ba-  
silica apostolorum: quam ipse a fundamentis erectus  
erat. Tempore pestis desolata ciuitate laudem. pro-  
prios mediolani. et totaliter igne consumpta: corpus  
sancti nunquam inde potuit amoveri: quinimo omnes ac-  
cedentes ad locum: ut mortui sternerentur: sicque ibi-  
dem dimissum est: quia ciuitate postmodum in lo-  
co ubi nunc est restructa pro imperatore feder-  
icū: corpus sancti confessoris eodem delatum est:  
ubi et quiescit miraculis splendens.

De sancto Pontiano martyre. Cap. ciiij.

**P**ontianus martyris tempore anto-  
nini imperatoris in  
ciuitate spoleti passus est: qui tunc  
a iudice fabiano cum sacrificare nol-  
let: primo virgis graueret cesus do-  
nec sanguis in terram quasi de fonte proflueret:  
deinde super carbones accensos ambulare compul-  
sus illesus permansit. Post hoc in equiteo appen-  
sus vinculis ferreis usque ad ossa nudatione la-  
natus in carcere missus est. Sequenti die in  
amphitheatro positus latatus sibi duobus leonibus  
eisdem mansuetis permansit intactus. Iterum in cu-  
stodia artificissima diebus. xliij. sine villo cibo detentus:  
angelo vero sibi de celo ministrante refectus: inde  
in nullo maceratus educit: et plumbo liquefacto pro-  
funditus. Cum hec omnia mentis et corporis constantia  
tollerasset. Nouissime iussu perfidis extra ciuitatem  
reducit gladio aduersus martyrium consumat.

## Secundus

uit. Sepultus a fidelibus non longe a muro spo-  
letis spolerane in loco qui dicitur lucianus. xliij.  
kalendas februarii.

De sancto Germanico martyre. Cap. ciiij.

**G**ermanicus martyris sub mar-  
co antonio et luco  
aurelio in Smyrna ciuitate passus  
est. xliij. kalen. februarii. qui pluribus  
suarum suppliciorum pro gratia virtutis  
dei metum corporis fragilitatis excludens spem  
re prepararam sibi bestiam pronocauit: cuius denti-  
bus comminatus vero panis. id est domino iesu christo pro ipso  
moriens meruit incorporari: ut dicitur in mar-  
tyologio Hieronymi.

De sancto launontarico abbate. Cap. ciiij.

**L**auontaricus ab-  
bas carnoteni. ciuis: parentibus  
christianis progentus est: hic cum  
adhuc esset puer: et oues patris  
pasceret: que sibi vicium super-  
rant: pauperibus erogabat: qui  
traditus a parentibus cuidam sacerdoti sacras  
litteras didicit: et ad sacerdotum ordinem pre-  
uenit: deinde adhuc iuuentis media nocte de do-  
mo paterna fugiens heremum petiit: cum au-  
tem ad ipsum occidendum latrones rota nocte  
laborassent: putantes eum pecunias habere: mane  
diuino miraculo visione eius territi et ipsius pe-  
dibus prouoluti veniam postularunt. Quisdam  
viri filium claudum: dum pro eo missam cele-  
brasset exstitit: et dum clauis ecclesie perissent  
ante fores: humi prostratus oratione facta san-  
ctas referauit. Post que dum manipulos mes-  
sum sub recto deuinis sacro reposuisset et  
ignis segetes inuassit signo crucis motus ince-  
ditum sedauit. Sequenti nocte dum orando per-  
noctaret: diabolus sibi ter lumem extinxit: terque  
diuinitus accensus fuit. Et cum discipulos  
congregasset: et querens maxima ad oratorium  
construendum ecclesia fuisset: que non apro loco  
ad dolandum ceciderat: nec a fratribus adhuc  
paucis alio deferrit poterat: oratione sua loco  
congruo eam transportauit. Quidam hermo-  
aldus nobilis egrotans. xl. solidos sibi misit ut  
pro se oraret. Quos ille alteri suppositos: dum  
per spiritum officioso excepto de male acqui-  
sito cognouisset: illi solum retinuit: ceterosque  
remisit: et quod ex hoc deus placari non posset eidem  
predixit. Atque ille mortuus est. Inuitatus  
tandem a malardo episcopo carnoteni. cum vlti-  
tauit: et secum aliquo tempore comoratus mul-  
ta sibi futura predixit. sicque senex in pace quie-  
uit. xliij. kalendas februarii.

De sancto Fabiano papa et martyre. Cap. cv.

**F**abianus papa et na-  
tione romanus ex patre fabio de re-  
gione Lati montis: Antihario pape in